

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3853

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, mars

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de Bonport de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 919, p. 225.

b. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCCI, p. 308-310.

Dissertation critique

Mars 1278 (n. s.) ou 1277 : Pâques tombe le 28 mars en 1277 et le 17 avril en 1278.

Texte établi d'après b

PHILIPPUS, Dei gracia, Francorum rex.

Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum abbas et conventus Boni Portus, Ebroicensis diocesis, juxta tenorem ordinationis nostre, finaverint cum ballivo nostro Rothomagensi, finationem hujusmodi pro nobis recipiente, super retinendis perpetuo acquisitis per ipsos in feodis et retrofeodis nostris a triginta annis citra, que sunt hec, videlicet : apud Lereium, a Nicholao Bouvat, septem solidi ; item, a Guillelmo Bertini, quinque solidi ; item, ab Ambrosio de Sancto Nicholao, una pecia vinee et quatuor solidi turonensium ; item, a Gaufrido Chevalier, una pecia terre et quindecim solidi turonensium ; item, a Ricardo Henrici, dimidia acra terre et decem solidi turonensium ; item, a Guillelmo le Gay, quinque solidi et sex denarii turonensium ; item, a Galtero Ruffo, una pecia terre et tres solidi turonensium ; item, a Roberto Goye, quatuor solidi turonensium ; item, a Johanne Goselin, una virgata prati et septem solidi turonensium ; item, a Nicholao le Tourain, quadraginta solidi turonensium ; item, a Guillelmo Potente et Durando Voegnant, sexaginta duo solidi turonensium, ex dono Creste ; item, a dicto Bonence, quatuor solidi turonensium ; item, a magistro Hylario, quadraginta solidi turonensium ; item, a Durando Darsel, quinque solidi ; item, apud Vallem Rodolii, ab Arnulpho de Crasvilla, dimidia acra prati et quatuor solidi turonensium ; item, a Mauro Anglico, una pecia terre, duo solidi et sex denarii turonensium ; item, a domino Petro de Curia, una acra et dimidia prati et triginta solidi turonensium ; item, a Rogero de Crasvilla, quicquid habebat in prateria et viginti solidi turonensium ; item, apud Landemare, a Clemente, unum molendinum et centum

solidi turonensium ; item, a Margareta Boterel, una virgata et dimidia terre et sex solidi turonensium ; item, apud Landemare, super molendinum Clementis, sexaginta et duo solidi turonensium ; item, apud Vallem Rodolii, a Gaufrido Ruffo, tres solidi ; item, ab Alexandro Robaire, duo solidi ; item, a domino Johanne de Bosco, triginta solidi ; item, apud Pontem Archie, a Juliana Hamonis, triginta tres denarii ; item, a Johanne Nigro, dimidia virgata terre et duo solidi ; item, a Henrico Caletensi, duodecim denarii ; item, a Guillelmo Carnifice, duodecim denarii ; item, apud Poses, a Ricardo Anfrie, viginti solidi ; item, apud Criquebuef, a Johanne de Pistres, duos solidos et sex denarii ; item, apud Escrovillam, a Ricardo de Venon, duo solidi ; item, super masuram Gaugani, duodecim solidi ; item, super masuram Malebeste, duodecim solidi ; item, apud Escrouvillam, a Ricardo de Venon, duo solidi ; item, a Ricardo Cousin, tres solidi ; item, a Petro de Venon, quinque solidi ; item, a Herberto Ansqueulle, duo solidi ; item, a Guillelmo Rahier, duodecim denarii ; item, apud Bequet, ex dono domini Henrici Boutellier, viginti solidi ; item, apud Sanctum Ciricum, ex dono domine Aeline de Velleboto, duodecim solidi ; item, apud Sanctum Albinum, a domino Johanne Botin, quatuor libre ; item, apud Radepont, a dicto Cornart, quadraginta quinque solidi ; item, apud Tourvillam, a Nagueto, quatuor libre et decem et octo solidi ; item, apud Tobervillam, duodecim libre quatuordecim solidi et tres denarii, vel circiter ; item, a Petro Piton, tresdecim solidi et sex denarii ; item, a Nicholao Quinto, duo solidi ; que omnia estimata sunt quinquaginta tres libre et duo denarii turonensium annui redditus. Nos, finationem hujusmodi ratam habentes et gratam, volumus et concedimus, quantum in nobis est, quod dicti abbas et conventus dicta acquisita tenere possint imperpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendidi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, mense marcio.